



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

ij. De Iure Diuino, Co[n]suetudine, & Constitutionib.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Iabi potuisse, ita nunc expediti-
ore quodam eius tractatione non
tam facile iuuenum hoc iure im-
butos animos aberraturos veri-
similiter existimare debemus.
Vnde quamvis non iisdem, qui-
bus inchoatus fuit auspicijs, li-
ber hic noster in lucem prodeat,
in communi saltim periculo non
fuisse nos ociosos, sed quoquo
modo tulisse operam, iuuabit. Ac-
cipite igitur priuati quidem ho-
minis, Pontificio tamen manda-
to ad ius Canonicum & scriptas,
& castigatas Institutiones: Cumque
eis nihil sit comprehensum, quod
(ni fallimur) sacris Canonibus
penitus non consentiat, ita exi-
stimate, si de Pontificis manu eas
accepissetis, fuisse id perinde fu-
turum, ac si vobis vasis aureis, ac
longe splendidissimis mensis fu-
issent fercula subministrata: nunc
cum de manu nostra, ac si fictili-
bus illa quidem, atque exo-
ticijs: in sapore tamen nul-
lam fore differen-
tiam.

DE IVRE CANO-
NICO,

TITVLVS I.

*Diuiditur in tres partes. In prima ponit,
unde dicatur Ius Canonicum. In secunda, quid
sit. In tertia, ex quibus constet. Partes pa-
tent. h. d.*



Vri Canonico da-
turum operam nosse
oportet, unde ta-
lis denominatio
descendat. Et quod-
dem Ius, genera-
le est nomen: Canonicum vero,
dicitur a verbo Græco *κανον*,
quod Latinè idem significat, quod
regula: unde Ius Canonicum, Ius
regulare non male dixeris: quia
denominationem ex eo accep-
tit, quod ex regulis priscorum
Patrum deductum fuerit. Est
autem Ius Canonicum, quod ci-
uium actiones ad finem æternæ
beatitudinis dirigit. Constat
verò in primis id Ius diuinæ le-
gis præceptis, consuetudine, &
constitutionibus: quæ singula
qualia sint, diligentius dispi-
ciamus.

*a can. i. dist. 1.
ij.*

DE IVRE DIVINO,
consuetudine, & constitu-
tionibus,

TITVLVS II.

*Ius diuinum, est quod continetur in lege, &
Euangelio, & est immutabile. h. d.*

Ius diuinum, est quod in lege
continetur & Euangelio, at-
que immutabile semper per-
manet. Sunt enim Legis & Eu-
angelij præcepta, aut moralia,
aut mystica. Moralia præcepta
nullam omnino mutabilitatem
recipere possunt: Mystica verò,
et si quantum ad superficiem mu-

*b distinct. 1. in
sum.
c can. fin. 5.
his itaq; di-
stin. 6.*

rata videantur, secundum moralem tamen intelligentiam nullam mutationem recepisse confiteri.

Quid sit consuetudo. & unde duxerit originem. & quantum habeat. h. d.

a can. fin. 8. ius uero cōsuetudinis. distin. 6.

Ius^a consuetudinis, post naturalem legem sumpsit exordium, ex quo homines in unum conuenientes coeperunt simul habitare: quod ex eo tempore factum creditur, quo Cain ciuitatem edificasse legitur. Est autem consuetudo^b, Ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur: in ijs enim rebus, in quibus nihil certi diuina statuit scriptura^c, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt: & sicut prauaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coercendi.

b can. consuetudo. 1. dist.

c cano. in ijs rebus. 11. distin.

Præua consuetudo non ligat. h. d.

Hæc tamen de ea consuetudine intelligere nos oportet^d, quæ neq; diuino Iuri, neq; Canonicis contradicit institutis: si quid autem contra fidem^e Catholicam usurpare dignoscitur, non tam consuetudo, quam ueritas erroris est appellanda^f.

d can. consuetudinis. 9. et uero & can. seq. distin. 11.

e can. consuetudinem. d. distin. 11.

f can. consuetudo. 8. distin.

g can. constitutio. 2. distin.

h iij. distin. in fin.

Quid sit constitutio. & quod duplex: & ciuiles constitutiones. quæ non sunt contra Euangelium & Canones, sunt honorandæ, licet ipsi Ecclesia non ligentur.

Constitutio^g est lex scripta. Constitutionum^h autem alia Ciuiles, alia Ecclesiastica. Ciuiles sunt, quas Princeps, aut Magi-

stratus, aut populi sibi metipsis sanciunt: quæ quidem sicut Euangelicis atque Canonicis decretis non sunt contrariæ, sunt omni reuerentia dignæ, atq; eis Ecclesia sæpe contra hæreticos^k, contra tyrannos, & quoscumq; prauos utitur: alioquin nullius sunt momenti, quod usque adeo obtinet, ut etiam quid in eis statutum fuerit, quod Ecclesiarum respiciat commodum, nullius firmitatis existat, nisi ab Ecclesia fuerit comprobatum. Sed nos ad Ecclesiasticas constitutiones stylum uertamus, earum originem, species, & autoritatē breuiter referentes.

i gloss. pen. can. cum ad uera. 96. distin.

k can. 1. in fin. & can. seq. distin. 10.

DE ECCLESIASTICIS CONSTITUTIONIBUS, TITVLVS III.

Canones quibus consent. & quotuplicia sint Concilia, & quæ Concilia uniuersalia.

Canonumⁱ quidem alij sunt statuta Conciliorum, alij decreta Pontificum, aut dicta Sanctorum. Conciliorum uero alia sunt uniuersalia, alia prouincialia, alia uero Episcopalia. Uniuersalia sunt, quæ sancti Patres ex uniuerso orbe^m in unum conuenientes, iuxta fidem Euangelicam & Apostolicam condiderunt.

l cano. 2. 8. porro. dist. 3.

Initium uniuersalium Conciliorum celebrandorum post Apostolos cepit temporibus Constantinianis: & ipsorum celebrandorum est apud sedem Apostolicam autoritas.

m cano. 1. in princ. uers. sub hoc. distin. 15.

Quorumⁿ celebrandorum initium post sanctissimos Apostolos

n cano. 1. in princ. distin. 15.